gastaldiis nostro tenere videatur. Quatenus
a modo et deinceps habeas et in tuo servicio de te-
neas tamen qui supra rime cause. Et quicquid
de eis facere voluerit in tua sint in omnibus
potestatem et nullus de nostris gastaldiis aut
actionariis nec quisquam homo contra quem
nostram potestatem quandoque ire presumat sed nostram
concessionem omni in tempore roboratam permaneat.
Quod vero preceptum concessionis de iussu et dictatum
nominati glosi domini nostri gisolfi scripsi ego iohannes
notarius. Data iussione in hunc nostrum sacra-
tissimum beneventanum palatium mense
martio per indictionem quintam decimam. Feliciter.

xxi. Sico adelgise filie arichis de
casa et curte in nomine domini dei
infra hanc civitatem salvatoris nostri ihesu
xpi. Concessi-
mus nos vir glo-
sissimus sico dei
providentia lango-
bardorum gentis
princeps prorogum
radichis gastal-
dii fidelis nostri vobis adelgise filia sancte recor-
dationis domini arichis integram casam
et curtem infra hanc beneventanam
civitatem. que dicitur curtis minorem.